



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 80. Sacerdotes Catholici, & Clerici a Ruppellensibus urbe ejecti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII. Rex omnes & singulos in urbe habitantes in gratiam reciperet. II. Ipsi contra ab armis abstinerent, nec ea aduersus Regem unquam arriperent. III. Conscientiarum libertatem cives retinerent, & bonis suis omnibus, ut ante, fruerentur. IV. Discedere inde, & in alium commigrare locum volentibus, cum bona Regis gratia id facere liceret. V. Reliqua Rex pro arbitrio suo disposeret. His pactis utrinque firmatis Rex Subisium, dum flexis genibus veniam exorabat, in gratiam recepit, motisque castris die trigesima Junii Pontium urbem, Lediguerii, qui auctoritate apud hosce Sectarios plurimum valebat, opera in obsequium reduxit, in rebellionis pœnam disiectis oppidi mænibus, & monumentis.

### §. LXXX. Sacerdotes Catholici & Clerici a Rupellenibus urbe ejeciti.

*Serres*  
*Franc. Hist.* Regiæ expeditionis felicitate territi  
pag. 966. Calvinistarum non pauci, deditis  
*Calmet Hist.* urbibus suis ad oblatam Regis cum li-  
*Univers.* bertate religionis suæ gratiam recur-  
l. 151. rebant, sectariorum foederi nuntium  
pag. 296. mittentes: Rupellenes vero excusso  
debiti obsequii jugo indies in dexterius  
rue.

ruebant: Die igitur vigesima Maij, Sæc. XVII.  
quæ tunc Christo in cælos ascendent A.C. 1621.  
sacra erat, conventum habebant, cui  
septem Prædicantes, quindecim Se-  
natores, & duodecim magis conspicui  
Cives intererant, deliberaturi, qua  
ratione Catholicos incolas omni Reli-  
gionis suæ exercitio destituere possent;  
Decretum mox communi omnium suf-  
fragio, Clericos omnes, ac præprimis  
Patres Congregationis Oratorii, qui  
*Fratres Margaritani* vocabantur, urbe  
ejiciendos esse: Ad hoc igitur nulla  
mora urbis Prætori datur negotium,  
ut his in Curiam Urbanam vocatis si-  
gnificaret, quod celeriter ex urbe mi-  
grarent, cum timendum esset, ne po-  
pulus ipsis infensus, vim nequidem a  
Senatu cohibendam ipsis inferret, &  
jamjam minitatus esset, quod unaom-  
nes in suis domibus aut comburere aut  
jugulare vellet. Sacerdotes percepto  
hoc mandato submisse petebant, ut  
Prætor eos suo juvaret consilio, cum  
ipsi mœrore ac metu pene exanimes,  
qua ratione furorem declinare possent,  
nescirent. Ad hæc Prætor respondit:  
*Fingite igitur vos ambulatum ituros, &*  
*bini caute egredimini.* Negabant illi, se  
id facturos, eoquod in militum Statio-  
nes incidere, atque injuriis & morte  
ab ipsis affici timerent: *consulite igitur,*

R 5                   repo-

Codex 183. q. 7. A

Sæc. XVII. reposuit Prætor, vobis ipsis, ego vobis  
A. C. 1621. ultra præsto esse nequeo. Vix tristes do-  
mum redierant, cum illico Prætor eis  
nuntiaret, parata esse navigia, quæ  
quantocius conscederent. Dum in-  
ter inhumanos hosce Calvinistas omni  
subsidio mortali destituti, quid agen-  
dum, deliberarent, confessim superve-  
nit ipsem Prætor quadraginta circu-  
ter armatis stipatus, qui clausis Tempi-  
foribus, acceptisque monasterii clavi-  
bus hos Sacerdotes, ceterosque Cle-  
ricos navi impositos urbe eduxit, in  
hoc vel maxime gaudentes, quod nul-  
la alia ex culpa, quam quod Catholicci  
essent, Calviniani furoris victima ce-  
cidissent.

### §. LXXXI.

#### *Calvinistarum crudelitas in Ca- tholicos.*

Gramond.  
l. 7. p. 381.

Majore adhuc furore Calvinistæ in  
Gallia Narbonensi, & apud Ce-  
bennos in Catholicos & Ecclesiæ Sa-  
cerdotes sæviebant: Præprimis om-  
nem vim ac violentiam exerunt in Dei  
Ministros, quorum sacrilega manu Tem-  
pla & Altaria destruebant: Crescente  
eorum petulantia vestibus omnibus nu-  
dantur Monachi, flagellis cæduntur,  
temeratur Monialium pudicitia, Mo-  
naste-